



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

3. De rebus, quæ vendi, vel emi possunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Non enim potest cogi vendere rem suam, quia quilibet voluntarie debet de re propria disponere, Leg. Cov. lib. 3. var. c. 14. n. 1.

Excipe primò, tempore penuriæ, in hac enim potest quis à Superiore cogi, ut vendat frumentum, aliaque necessaria ad victum, vel vestitum: quando item Magistratus potest pretium iustum, spectatis omnibus circumstantiis, taxare, ac prohibere insuper, ne quis plus debito de rebus emat. Ita Doctores communiter, in cap. de empt.

Quid, si ij, qui frumento, v.g. abundant sint Ecclesiastici, poteruntne à prophanis Magistratu compelli?

Respondet, nequaquam. Sed à suo Iudice Ecclesiastico tunc cogantur.

Quid, si hi requisiti negligant; Vel eodem requiri, propter distantiam, non concedatur? Respondet. Poterit nunc potestas secularis, quantum moderate fieri potest, cogere. Ita plures apud Dian. p. 1. tract. 2. resol. 8. non quidem ex vi iurisdictionis, quia nulla pollent in Ecclesiasticos, sed ob summam, vel gravem necessitatem, sicuti vim vi repellendo potest summus Princeps coercere eosdem Ecclesiasticos, quando eorum libertas nocet Republicæ, nec remedium ab Ecclesiastico superiore impetrari potest. Ita Molin. l. 1. d. 3. 1. vers. 6. concl. vide Dian. ibid. resol. 7.

14. Excipe secundò: Quando quis publicè res suas exponit venales, neque enim potest, mihi iustum pretium solventi negare.

15. Excipe tertio: Ratione publicæ necessitatis, vel utilitatis. Hinc si domus, vel prædium necessarium est ad edificandam Ecclesiam, Hospitale, Monasterium, Scholas publicas, Palarium regium, viam publicam, &c. cogi à Principe potest Dominus, ut vendat, iusto tamen soluto pretio.

16. Excipe denique, quando nimis severè tractat Dominus servum, vel ad illicita servam cogit. Item quando unus ex Dominis cõsentiat vendere servum communem duorum aliqui, qui servum in libertatem vendicare velit. Hæc, & similia vide apud Molinam tom. 2. disp. 341.

Rem emens alienâ pecuniâ.

17. Dictum est sexto, in definitione emptionis (à te datis) id, quod amplè intelligendum est: nam etiam empta pecuniis alienis transferuntur in dominium Emptoris: quamvis, ut ex se certum est, non absolvatur emptor ab onere restitutionis alienæ pecuniæ, & damnorum fortè sequentium. Non sunt autem emptoris, quando pecuniæ sunt Ecclesiæ, Militis, Coniugis, denique Pupilli, & minoris respectu Tutoris, & Curatoris, quæ satis sit innuisse: vide Bonacinam de contr. l. 3. q. 2. p. 3. n. 29. aliòs, que ab eodem citatos.

Arrham recipiens in venditione.

18. Dictum est denique septimò: (datis, vel dandis) intellige sive integrè, sive tantummodo partim: non raro enim datur pars pretij in venditione, sed non in arrham; id, quod pro diversis effectibus est diligenter advertendum. Explico clariùs, Quando duo de re vendenda conveniunt, duplici modo contingit, dari partem aliquam pecuniæ: Primò, ut sit pars pretij ob venditionem iam factam, & tunc debetur quidem præfixo ab illis tempore complementum pretij: at, quia perfecta fuit venditio, neuter potest rescire à contractu, debeturque gabella venditioni fortè imposita, & quidem illi Gabellario, qui tunc gabellis præest. Ita de Lugo tom. 3. de Iur. d. 26. sect. 1. n. 10.

Secundo modo, ut ea pecunia sit in signum faciendi postea venditionem, ea lege, ut qui dedit illam pecuniæ partem, eam amittat, si contractum perficere renuat; renuere tamen possit: atque hæc propriè dicitur arrha, quæ datur in securitatem eius, qui dubitat de alterius constantia. Gabella autem in hoc casu, postea, quando

fiet contractus, debetor; & quidem Gabellario, qui ex illis patet.

19. Petes: Hæc arrha, quæ datur in securitatem, debetne deinde, si perficitur venditio, computari in pretij, necne? Respondet, Id dependet ex voluntate trahentium. Certe in Regionibus nostris in pretij tem computari consuevit; si tamen alia sit contrahentium voluntas, servanda est, necdò ea pecuniæ pars non dat summum pretium iustum rei venditæ.

§. II. Quæ persona vendere, & emere possit, Remissio.

1. Quæ ratione Pupilli, Minores ex Molin. l. 1. d. 2. 2. 4. Martii, Vxoress ex Sanchez l. 1. d. 2. 2. 4. Martii, Religiosi, similèque vendere, & emere, & ceterosque contractus inire valeant, vide Lugo tom. 2. disp. 26. sect. 3. quoad exercendam negotiationem; quoad paupertatem lege eundem tom. 1. d. 3. per ram) An item se ipsum quis vendere, ex Fagund. de contr. lib. 2. cap. 1. vel Patres filium possit, vel Tutor, & Curator res Pupilli, & Minoris, l. non licet. & l. si empta. §. de ff. de contr. empt. & passim agitantur apud Sotus res. Nos autem omnia non admodum frequentia, & precipuè Iurisperitorum propria persequi non debemus, tas monet.

§. III De rebus, quæ vendi, vel emi possunt.

Hominis venditio.

1. Quæ ratione Viethiopes, & alios eiusmodi servos emere, & vendere in his nostris Regionibus vendi cõtingit, tuti sunt in conscientia. Ita Molin. tom. 1. disp. 341. Ratio est, quia quilibet venditor præsumitur bonus, habere ius ad vendendum.

2. Dixi (in nostris Regionibus) quia Mercatores quando in Æthiopia, vel alibi emunt, aliquando non excusantur à peccato, & ab onere restitutionis, si sunt moraliter certi, eos, quos emunt, esse vel præterito iusto captos; vel secundò, Nativitate servos, natos ab ancilla servæ; vel tertio, per iustam sententiam ob delictum condemnatos ad perpetuè servitutem, & quartò, iusta emptione in servitutem redactos, qui sunt quatuor capita inducentia legitimam servitutem. Fagund. de contr. l. 2. c. 2. finè.

Venditio Officiorum.

3. Non solum Principes supremi, sed etiam quilibet Princeps Regi subditus, Dux, Marchio, &c. Imperatores, & Civitatumque Prætores possunt vendere Officia secularia, Officia, inquam, quæ absolute ipsorum sunt, vel ipsis absolute data. Ita S. Thom. opusc. 2. 1. d. 4. c. 1. 1. d. 8. cap. 7. q. 3. Valquez opusc. 2. 1. d. 4. c. 1. 1. d. 8. cap. 7. q. 3. de Lugo tom. 2. de iust. d. 34. sect. 3. Ratio est, quia quilibet potest vendere id, quod est præterito emabile, & suum est. Notanter, secularia, dixi, quæ sunt ea, quæ Episcopus, si fortè sit Marchio, ut talis est, ut Marchio absolute dare potest; De Ecclesiasticis enim Officiis hic nihil agimus, pertinent enim ad venditionem de Simonia.

4. Sed quæ ratione dignoscat Rex, vel alij, Officium esse absolute sub suo dominio; Respondet, quia signis. Alterum; si absolute de illis disponere possint, hoc est, absque obligatione reddendi rationem ceteri Superiori, de eorum collatione. Alterum, quia immemorabiliter antecessores sine alterius dependentia, seu licentia soliti sunt illa vendere. Confirmatur nam, quando Rex hæc officia iis donat, quos se non esse obituos, ut feceris, vel viris nobilibus, & aulæ, probabile est ex Azor. loco citato Regem ratione cultatem concedere illa vendendi, seu cum pensionibus

Venditio omnium bonorum.

14. Potest quispiam vendere omnia bona sua, tam praesentia quam futura. Ita Bart. in l. *si p*ro*p*ri*o*, si de verb. signifi. num. 6. & communiter. Qui tamen dicit se vendere omnia bona sua (nisi aliud ex verbis colligatur) censetur vendere solum praesentia, & non futura. Ita Mol. tom. 2. id. 340. quia venditio est odiosa, adeoque restringenda. Item dicit de donatione omnium, si quando est valida, ex Mol. *ibid.* & *ibid.* 80.

15. Dices : Donatio omnium bonorum praesentium & futurorum, non est valida, ex Covar. in *Rub. de testam.* *alique passim* (nisi forte titulo oneroso, ut si donatio fiat filiae ut matrimonio contrahat, quo etiam reductur renuntiatio volentis profiteri vitam religiosam) ergo non venditio; Respondeo, esse disparatem rationem, per donationem enim adeo universale homo fit intestabilis, à quo leges civiles abhorrent: at per venditionem non item, quia potest testari & pretio. Lege Lessl. lib. 2. c. 18. *dub. 13. num. 93.*

Venditio Hereditatis.

16. Præterea potest hæres vendere totam hereditatem, vel eius partem, mortuo tamen illo, cui in hereditate succedit: At eo vivente, venditio est nulla, cum sit contra bonos mores *l. si de hered. timetur* enim, ne emens illius mortem intenter. Addunt leges *l. 2. fin. ff. de iis, qui liberos indigni*; si ad hunc ementem postea deferretur hereditas, eam ab ipso esse tollendam, & applicandam fisco. Excipe primò, ex Molin *d. 340. citat.* quando consensit Dominus hereditatis; nam consentienti non fit iniuria. Excipe secundò, quando quis vendit hereditatem veluti in genere, quam, verbi gratià, habiturus est, non indicando, sive expresse sive tacite personam, cui sit succedendum: Siquidem ex hac venditione, non potest timeri mortis intelligi machinatio, colligitur ex eodem *ibidem*, & sic intelligitur *lex 3. §. cum specialiter*, & §. *illo*, & *lex ff. societatem universalem*, *ff. de Socio.*

Venditio Debitorum.

17. Possunt insuper vendi debita, & actiones, l. *em-
ptor, ff. de hered.* (quo pretio,) dicam *inf. §. 8. à num. 1.* quæ
quis habet contra alium (& etiam donare) & tunc em-
ptor non solum habebit actionem in rem debitam; ve-
rum etiam in pignus, & in fideiussorem.

Venditio rei litigiosa.

18. Præterea vendi non potest, ut neq. donari, & actū litigiosa, id est, super qua cum adversario tibi quomodocunque, etiam per primam citationem, pendet. *Lege Fagund. de contract. lib. 3. cap. 24. & ibid. citatos.* Ratio est, quia sic posses vendere, vel donare potentiores, quam sit adversarius, in eius præiudicium. Ad sunt tamen casus, in quibus potest, ut si donaretur in dorem, &c. quos vide apud Fagundez *ibidem.* Qui hinc per notat duo. Primò, teneri eiusmodi emptorem, vel donatarium reddere tibi litigiosam Domino, etiam in conscientia, & ante sententiam, quia venditio, vel donatio est nulla. Secundò, non esse nullam, & validam, si fiat, vel ex causa iusta, vel autoritate iudicis.

19. Dixi (actu litigiosa) nam ea , contra quam time-
tur, etiã de proximo lis, vendi potest, licet minoris, ut
dicitur *inferius*. Alias res, quæ vendi non possunt, vide
apud de Lugo tom. 2. de iustit. disp. 26. à num. 17. legesque
ab ipso citatas.

Venditio eius, quod nondum est.

10. Quamvis quod non existit, vendi non possit, quia

inhiil venderetur, tamen, si est in spe, potest
vili maiori pretio iuxta maiorem, minorisve
utilitatem futura existeret. Sic venduntur panes
corum, ancillarumque, fructus arborum, iactura
tionis vel ventilationis, &c. & tunc profecto tam
qui vendit, & licentem apponere moralem, ut
stant, qualem in rebus adhiberet propriis: sic
garetur ad restitutionem, quanti intereat im
gentia."

I. Vnum hic distingue : Nam quando venditur fructus , & partus , si nihil nascatur emptor tenetur solvere conventum pretium : At vero , quando dicitur iactus piscationis , vel venationis , tantum capitur , tenetur emptor illud solvere . Ratio dicitur præter iura *L nec emptio* , & *l. emptorem* , §. *de ult. ad l. emptum* , ff. *de action. empti. nec emptio* , §. *de contrahendo* , ubi est , quia in priore venditione (nisi aliud forte ex conventionem fuerit , quod raro solet) subintelligitur cita conditio , si nascentur ; in posteriore vero , non nasciturum , non vero idem supponitur in posteriori . Colligide ex eisdem verbis contractus , nam in eo contractu dicitur , te emere fructus , & partus , ut rem ipsam at in posteriore dicitur , te emere iactum id est , ipam ipsam præsentem , atque adeo non esse iactum .

22. Quæres? In Sicilia Regno adeit lex *romana*, *Regni Siciliae*, *Tu. 61. prag. 4.* ne quis emat, si nondum collatas, atque adeo, ne quis vendat frumentum in *spe*. Debetne ergo limitari pro nostris Regibus, præcedens allata doctrina? Respondendo, nequaquam, quia lex non loquitur de vendentibus segetes secundum *speciem* futuræ messis, sed de vendentibus, ementibusque sub determinato pretio ipsum frumentum, a quoque colligatur, quod est longe diversum, ut patebit ex lege, quam examinabimus, *infra*, §. 7. *num. 10.* cum de tractu Massarij, & Mercatoris.

§. I V. *De Pretio iusto rerum.*

1. **P**remitto Ex *Leff. loc. cap. 21. disp. 2. Molinæ
distingt. 347. de Lugd. 2.6. fed. 4. & 5. & paf-
pretium iustum duplex effe. Alterum dicitur legi-
tum, quod publica authoritate, vel lege conftitutum
ideque in indivifibili confiftit, itaut non poffit in ali-
quod præteriri. Alterum eft naturale, feu vulgare, feu æqui-
um, quod conftituitur communi hominum æstimati-
one, & fpectata naturali ratione, fecundum rerum naturam
non in fe, fed in ordine adufus humanos, juxta conditiones
que Regionis confiftentis mores. Quod quidem triplex
eft: Primum, fummum, quod etiam appellatur maximum
fupremum, rigorofum. Secundum, medium, feu moder-
atum, feu moderatum, Tertium, infimum: Solet, verbe-
gratiâ, ultrapaffum ad fummum valere triginta duobus fal-
erit ergo hoc pretium fupremum; Ad minus triginta fal-
viginti novem, erit hoc infimum. Intermedium inter
prædicta erit mediocriter. Quantum debeat diftare infimum
vel medium à fupremo, iustum fit, certa regula de-
niti non potef, fed prout in foro, & communibus
negotiationibus fine fraude apparet.*

2. Pari modo: ad iustè discernenda eiusmodi pacta, debet attendi hominum (etiam imprudentium) æstimationem. *l. preia verum §. ad. l. falcid.* dummodo sit æstimatione, & communis; quanti scilicet res æstimatur, & venduntur communiter. Certe imprudentes sunt laici, qui argentum, & aurum vendunt, seu commutant verbis cinnabulis, & similibus crepundis: & tamen quia tanti communiter illa ibi æstimantur, non inveniuntur venditio, vel emptio iniusta.